



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quid horum sit maius, an Fides, Sacramenta, opera c[a]eremoni[a]e, an  
vnitas catholica. tit. 61

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

QVID HORVM SIT MAIVS  
an Fides, Sacra menta, Opera, Cære monia,  
an unitas Catholica.

## TITVLVS LXI.

RImò, Hæc est scripture sacre & omni  
um sanctorum patrum doctrina, quod  
pluris & maius est coram Deo unitas Ca  
tholica, quam fides, Sacramenta, opera  
& cære monia, in cum finem, quia nulli

horum prodest ad salutem sine unitate Catholica.

Primò, Fides sine charitate aut unitate, nihil pro  
dest, 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem &c. Subi  
dè, quia omnia Sacra menta sunt signa, ducentia no  
ad Catholicam unitatem: sic omnes in unum corpus  
baptizamur, 1. Cor. 12. Eucharistia nos facit unum p  
nem, 1. Cor. 10. Vnus panis, vnum corpus. Sic pen  
tentia redimus ad unitatem cum Deo & proximo, u  
nicem donantes, confirmamur ad unitatem Cathol  
icam, 1. Cor. 1. Rogo per nomen Domini &c. Mar  
monium unitatem Ecclesiæ significat, Ephes. 5. Sic  
Christus dilexit eam, Vnctio extrema, ut communi  
nem sanctorum habere mereamur. Sic ordo docet  
admonet ad charitatem, id est, ut credamus & dilig  
mus, 1. Ioan. 3. Vbi ergo non est unitas, ibi non pro  
rit Sacramentum.

Secundò, nec opera bona, 1. Cor. 13. Si dedero in  
bos pauperum omnem substantiam meam, si tradil  
lo corpus meum, usq; ad ignem sine charitate, id est  
unitate, nihil prodest. Magna res est Catholicæ unitatis.  
At Sathan suggerit sectis, ne illam current, aut propo  
cato tencant, quoniam sit grauissimum peccatum schi  
ma: id est orat Apostolus 1. Cor. 1. per nomen Dom  
ini nostri IESV Christi, non sint in vobis schismata  
August. libr. 9. contra Donatillas, cap. 8. Sic non ex  
arum.

runt vnitatem Dathan, Choré, & Abiron, Num. 16. Scit Sathan quod extra vnitatem Sacramēta parūm prosunt, neq; fides, &c. Sic i. ad Tim. i. Finis præcepti est charitas, id est, sine charitate proximi obseruare præcepta nemo potest. Tota in his lex pendet atque prophetæ, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & proximum sicut te ipsum, Mat. 22. Ergo sine vnitate nec præcepta seruata placent. Maior ergo est charitas fide, Sacramentis & operibus.

Postremò, si fides, opera, Sacra menta & præcepta Dei nihil habent utilitatis sine Catholica vnitate: Ergo multò minus cérémonia, sint quantumcunq; spe ciosæ, Mat. 25. Hæc oportuit facere, id est, iudicium, misericordiam & fidem &c. Hoc est præceptum meū, Ioan. 15.

Secundò, in eam sententiam dicit Augustin. libr. 2. contra Epistolam Parmeniani, cap. 13. quod tria sint genera hominum: aliqui prorsus nullum habent Sacramētū, neq; fidē, vt Iudæi & Gentes: Nolūt enim Christum regnare super se, Luc. 19. Aliqui habent fidem & Sacra menta, sed perniciosè, & ad poenam gra uiorem, sic habent Sacramēta omnes schismatici extra vnitatē Catholicam, & tales sunt, sicuti fures, habentes furatum aurum. Habent quidem, sed non salubriter, sic illi portant & habent ad perniciem Sacra menta, 2. Pet. 2. Melius fuisset eos non agnouisse &c. Et Christus Matthæi 11. Tolerabilius aut remissius erit Sodomæ, & c. Aliqui accipiunt utrilater & effica citer Sacra mentum, qui habent fidem, poenitentiam, dilectionem, Actor. 2. sic sunt baptizati benè viuentes, &c. tametsi malæ vitæ in Ecclesia, vt adulter, vsurarius &c. etiam portent suum Baptisma & Sacra menta in peccatis, in duplo tamen schismaticus, qui nedum vita, sed etiam in fide deficit, &c.

Sacra menta omnia sunt instituta propter vniō nem seu concordiam ad ynu & idem corpus, 1 Cor. 12

N n 3 Bap-

Baptismus & Eucharistia, i. Cor. 10. & 11. Qui igitur nunc ad discordiam mouendam vtitur Sacramento, ille nedum sine fructu accipit Sacramentum, sed etiam damnabiliter peccat, & ideo extra unitatem vtra intra unitatem nullum Sacramentum accipitur ut liter, & sic faciunt sectistæ &c.

### QUOMODO SEPTEM SACRA

*menta sunt remedia contra septem vulnera hominis.*

### TITVLVS LXII.

**P**RIMO, Apostolus dicit i. Cor. 15, factum in Adam omnes moriuntur &c. Vulnerauit Adam & occidit, Christus iterum sanat & viuificat. Nam ipse est Samanitanus, qui nobis vulneratis & vix familiis infundit vinum & oleum, Lucæ 10. Et mortuus est pro peccatis nostris, vt nos viueremus semper apud Deum, Ioan. 6.

Secundò, Septem ergo vulnera accepimus ab Adam, quæ Christus sanat Primum est peccatum originalis, in quo omnes nascimur & concipiuntur, Phil. 50. Romanorum 5. Contra hoc instituit Sacramentum Baptismi, quo credenti tolluntur omnia peccata originalia & actualia in adultis, Act. 2. Secundum vulnus, quod post Baptismum acquiritur, sunt pena actualia & opera carnis, Gal 5. C ötra hoc institutum remedium Sacramentum poenitentiarum, Mar. 1. & Ioa. 20. Tertium est instabilitas, seu inconstantia animi, sicut Adam citò cecidit à Dei obedientia, Genes. 3. Ideò Sacramentum confirmationis ordinatum est, quae etiā vni sunt Apostoli, Act. 8. Quartum vulnus, ignorantia: nisi doceatur semper homo & a monachatu obliuiscitur fidei & obedientie preceptorū Dei, apostolatatur: ideo est Sacramentum ordinis & ministrum